LXXXII. *Ortona. Manaforno. Casali di Lecce* (p. 360).

ad n. 3817. Aquilae in praefectura repperit Huelsen; quo unde venerit, ignoratur. Tabula est magna litteris magnis, sed parum certis positaque loco non commodo.

IIᚳOCIVSII
VIP
sertum?
CAIISIA ᚳIᚦ
anulus porta anulus

Descripsit Huelsen sine exemplo.

LXXXIV. SVPINVM (p. 364).

ad n. 3847. Aquilae in praefectura descripsit Huelsen sine exemplo; legit ut legi ego, sed 1 fin. 2 fin. hiatum indicat, 3 ΓΙ: dat' pro ΓE, 4 FOVCNO.

ad n. 3862. Nunc Aquilae in praefectura.

LXXXV. *Luco* (p. 367).

ad n. 3885. 3898. Cf. *Documenti inediti per la storia de' musei d' Italia* vol. 2 p. 40.

REGIONIS QVARTAE PARS SEPTIMA.

AEQVI.

LXXXVI. ALBA FVCENS (p. 370).

ad n. 3950. Inscriptio lateris errore recepta est inter urbanas VI, 859.

ad n. 3953. Delenda est, utpote non Albensis, sed urbana musei Vaticani falsa (Henzen ann. inst. 1844 p. 37 et 1849 p. 221).

ad n. 4041. Tivolare loco indicato in mappis non invenitur, invenitur Tubione.

6349 Albae ad Fucinum.

L · HELVACI · C · F · M · N
CORBVLO · PR
VOLKANO DON
DE SEN SENT

Ectypum dedit Fiorellius. Laurière *Bull. des Antiquaires de France* 1879 p. 145.

6350 prope Tagliacozzo *in contrada San Nicola.*

VIBIVS M F P VT FI C
COX
OCRINIA L
MAT

Dedit mihi a. 1878 syndicus Tagliacozzensis.

LXXXVII. CARSIOLI (p. 382).

ad n. 4051. Fragmentum n. 9 secundis curis Stevensonius intellexit separandum esse ita:



cum antea prioris versum secundum altero frustulo adiuncto continuari ei visum esset. — Autumno a. 1879 rudera, unde fragmenta illa prodierunt, data opera explorata sunt instante Stevensonio. Aedificii forma satis certa apparuit, sed ut intellegeretur pertinuisse id ad ipsum aquaeductum; arcus vestigium nullum inventum est, nec satis liquet tituli honorarii illi quo loco prostiterint. Fragmenta titulorum aetatem Honorii prae se ferentia per eas effossiones reperta utilitate prorsus carent:



ad n. 4054. Marinius cod. Vat. 9124 f. 185 dat ut superne fractam. — 2 TITIEↀ.

ad n. 4056. Falsum exemplum descriptum d. 12 Oct. 1748 Romae *nella bottega di Nicola Pinelli scarpellino in Campo Vaccino vicino alla dogana del bestiame* refert Gori cod. Marucell. A 77 f. 164.